Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Postilla super Osee, Iohel, Amos, Abidiam, Ionam, Micheam, Abacuk, Sophoniam, Aggeum, Zachariam, Malachiam, Thobiam, Baruch cum epistola Ieremie, Iudith, Machbeorum I. II, libros Sapiente, ...

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Postilla super Aggeum

urn:nbn:de:bsz:31-87081

Visual Library

Explicit postilla magistri nicolai de ly
ra super prophetiam sophonie
Incipit postilla super aggeum prophetam ca[pitulum]
primum sequitur

Incipit postilla super aggeum prophetam. Capitulum .i.

In anno secundo. Incipit prophetia
aggei que in duas partes dividitur
scilicet in prohemium et tractatum qui in
cipit ibi hec dicit. In prohemio uero
ponitur primo tempus huius prophetie
cum dicitur In anno secundo scilicet darii
regis Secundum iosephum xii an
tiquitatis iudaice Iste darius fuit
filius ystaspis et fuit amicus zo
robabel et fauorabilis iudeis

ut patet primo esdre sexto et hor
maxime fuit ut dicit iosephus quia
antequam promoueretur ad regnum per
sarum fecit uotum quod si contingeret eum
sic promoueri faceret templum in
ierusalem edificari et in uasa de
ferri Secundum uero Rabi salomonem iste da
rius filius assueri regis et hester
regine et sic fuit fauorabilis iu
deis ratione matris sue que fuit iu
dea et istud secundum dictum uidetur im
probabilius sicut de darium diffusius
supra primum capitulum libri hester tam
secundum utrumque dictum aggeus prophetauit
post reditum captiuitatis babilonice
quoniam utrorumque si tamen duo fuerunt reg
nauit post cyrum In die una
mensis id est prima die mensis communi modo
loquendi quo dicitur genesis primo Et
factum est uespere et mane dies unus
id est primus Secundo ponitur nomen prophe
tie cum dicitur Factum est uerbum domini in
manu aggei id est per aggeum aggeum tam
quam per dei ministrum Iste est communis mo
dus loquendi hebraicus Vel per etiam dicitur
quod in hoc exprimitur donum prophetie datum
aggeo per similitudinem doni corporalis
quod ponitur in manu recipientis
Tertio ponit quibus prophetauit cum dicit
Ad zorobabel filium salathiel et cetera
Iste zorobabel fuit nepos ioachim
ut patet quarto regum quem euilmerodach leuauit
de carcere et posuit tronum eius super
tronum regum qui erant cum eo in
babilone quarto regum ultimo Ducem
iuda eo quod erat de tribu iuda Et

adiesed filium iosedech sacerdotem
magnum. Iste enim duo erant princi-
paliores in populo et ad istos aggei
dirigit eius facta principaliter et re-
liquo populo consequenter. Hec dicit
Hic incipit tractatus iste quod scilicet
populus rediens de babilone statim
fundavit templum iuxta illud primo
esdre iii sed statim fuit impeditum
a vicinis gentibus propter quod dicebat
non dum advenisse tempus edificandi
templum. Si enim placeret deo profecto
illa edificatio tolleret impedimentum
ut dicebat quod fuit ne aggeus
de illa edificatione usque ad tempus
darii regis in quo aggeus spiritu
sancto illustratus reprehendit eorum
negligentiam exhortans ad templi
edificationem quod completum fuit sexto
darii anno primo esdre vi secundum
iosephum anno eius octavo qui fuit
diligentes in operando. Sic igitur
iste tractatus in duas partes dividitur
quia primo arguitur precedens negli-
gencia. Secundo consideratur sequens diligen-
cia ibi. Prima in duas quia primo ponitur
arguitionis actus. Secundo eius effectus
ibi et audivit. ¶ Circa primum dicit
populus iste dicit non dum venit
tempus etc. Hoc dicebant propter impe-
dimenta superveniencia adeo per-
missa ut predictum est sed hoc non va-
lebat. Deus enim aliquando permittit
impedire sibi placita impedimenta
occurrere ut magis meritum habeat
in maiore labore. Secundo subditur

Numquid tempus vobis est etc. ut ha-
bitatis in domibus edificatis curiosa. Et domus
domini sit deserta quasi diceret non deli-
bat per effectum. Ponite corda vestra
super vias vestras id est cogitate de corporalibus
propriis necessitatibus et inconveniencia
defectum notabilem propter operis templi
negligenciam ut habetur in littera. Ideo sequitur
Seminastis multum etc. respectu fructus
inde sequentis. Comedistis et non habuistis ci-
bum ad sufficienciam nec potum nec opi-
mentum. Et qui mercedes congregavit
ut in dolium trahat misit eas in sacculum
pertusum id est parum aut nullum habuit
lucrum propter negligenciam edificandi domini
templum. Ideo consequenter ad hoc inducit
edificium dicens. Ascendite in montem
scilicet libani ubi erant ligna huic edi-
ficio apta. Cetera patent expositis usque
ibi Et vos festinatis unusquisque
in domum suam id est cum magna diligencia
intenditis utilitatibus vestris. Et quia
non valet talis diligentia sine dei
providencia. Prohibiti sunt celi ne
darent rorem sufficientem ad terre
fecundacionem. Et per consequens impedita
sunt terre nascencia et per consequens
homines et iumenta sufficiens nutri-
mentum non habuerunt quod requiritur ad multi-
plicacionem hominum et iumentorum quia
semen corporis de superfluo alimenti.
Virtus enim nutritiva materiam
ministrat generative. Secundo dicit
Et super omnem laborem manuum quia
homines non possunt bene laborare
nisi habeant sufficiens nutrimentum.
¶ Et audivit. Hic consequenter ponitur

arguitoms effectus quia aduertem
dux ppli et sacerdos magnus et com-
totus pplus contepeiut volumtate
et constantia edificandi domu dni
et pater littera paucis exceptis que
disturrent. Et dixit aggeus nuncius
dni .i. de nris pphaps adeo missus
Ego vobiscum sum dicit dns para
tus vos auxiliar in edificio templi
et suscitauit dns spm .i. volumtatem
et constantia ad edificandum

Ua ii
In domo dni quod titulum dei fuit die vicesima etc.

In die vicesima **Cap. ii.**
Postq reprehensa e ppli negli-
entia hic contece confortat
eius sequens diligentia et diuid
in duas ptes quia primo confor-
tatur de opis profectu Sco de xpi
aduentu ibi nolite timere Circa p-
mu primo ponit continuato cu pte
predicti Sco exccucio ibi a In septe-
timo ¶ Circa primu dicit In die
vicesima et quarta mensis etc In
mediate enim premiserat ppls Et
faciebant opus in dno exercitu di
sui et non dixerat quo tempe inc
perant allud opus Sed hoc mani-
festat quando ad annu cu dicit In ano
scdo darij et quando admensem cu
dicitur In sexto mense Et dicit ag
quod iste fuit mensis september quia
scdm eos primus mesis apud he
breos e aprilis Sed ostensio fuit
gene vii et exo xij Qz primus me-
sis e apud hebreos e marcius cu
aliis concurrit cu aplis ino quia fa-
ciut meses perlunatoes et scdm
hoc ille mensis est augustus

qui est sextus amarcio Sed quia
xxiiii dies augusti none temporis
in quo solent dedificia magna indi
oari sed magis circa principiu veris
et ad huc nung e apta xxiiii dies
mesis septembris Sed aliter dicedu
quod licet marcius licet primus mensis
apud hebreos scdm ordine festoru
per anni circulu tamen september e
primus scdm ordine negociorum quia
e primus scdm eos simpliciter co
in ipo fuit creatus mundus sicut
declaratu fuit diffusius gene vij
et scdm hoc mensis sextus hic
accipitur februarius cuius xxiiii dies
appinquat ad veris principiu et in
illo tpe solet disponi materia edifi-
ciorum in vere exequendorum ¶ In
septimo mense Hic contece exe-
quitur ppositu circa quod primo ponit
tpus cu dicit In septimo mense
Scdo ponitur confortacio opantiu
cu dicit loquere ad zorobabel etc dici
gendo primo sermone ad principales
scdo ad totu ppulm quibus in nobis e
derelictus .s. minor Qui vidit domu
istam a salomone edificata iam
tamen destructam In gloria sua prima
.s. tpe sedechie viuebant enim adhuc
aliqui reuersi de captiuitate babilonica
qui tempe sedechie viderunt templum
a salomone edificatu antequa destruer
p nabuzardan Ut hr primo esdre
tercio iij Et nunquid non e ita qua-
si non sit quasi dicat sic quia re-
deuntes de babilone statim incepit

templum reedificare sed impedita
est ab aduersarijs modicum fecerunt
usque ad secundum darij annum itaque quasi
nihil erat comparatione illius Et nunc
confortare zorobabel etc. quasi diceret
Et quasi diceret perfectus in ope mea
assistencia Verbum quod pepigi
vobiscum etc. id est patribus vestris cum e-
gredeumini de terra egipti in ipsis quia
filii preexistunt in parentibus vir-
tualiter seu originaliter compromisit
enim ipsis assistere deum dum sibi seruiu-
ret ei fideliter ut patet in exo.
et deutero. et in pluribus locis ¶ Noli-
te timere Hic igitur parum ipsi con-
plato de aduentu christi Et diuiditur in du-
as partes quia primo ponit consolo-
cionem de christi aduentu Secundo de multi-
plici terre fructu ibi Ex vicesima
¶ Circa primum dicit Adhuc unum
modicum est id est tempus breue respectu
precedentis durationis mundi Et
ego mouebo celum Istud fuit
impletum quando stella noua ap-
paruit in christi natiuitate aer
et terram et mare quod fuit imple-
tum per victoriam romanorum in mari
terra consulibus maris et mouebo
omnes gentes et hoc fuit im-
pletum imminente natiuitate christi
propter quod tunc exiit edictum a cesare
augusto ut describeretur uniuersus
orbis redactus sub dominio romani
imperatoris et fuit christus sub iure natus
licet sponte Quod subditur Et ve-

niet desideratus cunctis gentibus
id est christus pro salute omnium gentium mitten-
dus et implebo domum istam gloria
Quia in templo per zorobabel reedi-
ficato christus a matre fuit oblatus et
ubi plurimes predicauit et multa mi-
racula fecit ex quibus domus illa sum-
me fuit glorificata Et huic dicto con-
cordat aagla de quo dicitur in libro
tehendrim qui apud hebreos autem
titus est quod sic exponebat passum istum
Adhuc unum modicum est et regnum uen-
tum secundum post destructionem prime
domus et post illud regnum mouebo
celum et terram et mouebo omnes gen-
tes et veniet messias quia post
paucos reges de genere machabeorum
christus venit tempore herodis omnibus
terris sub dominio romani imperatoris re-
dactis Iohannes enim hyrcanus im-
posuit sibi dyadema regium et dura-
uit illud regnum usque ad herodem qui
alienigena fuit prout declarat dif-
fuse iosephus in scolastica historia Meum est
argentum et meum aurum quasi diceret pro-
uidebo uobis de expensis pro edi-
ficio domus mee Magna enim glo-
ria domus istius nouissime per salo-
monem edificate quam in tempore istius re-
edificate Plus quam prime per salomonem
edificate Ista vero gloria maior
non potest intelligi de edificijs nec
de ornamentis seu diuicijs Ista enim
modica fuit in secunda domo res-
pectu prime Archa enim testamenti de qua
iudei summe gloriabantur fuit in prima

et non in ſcda ſcdm catholicos et
hebreos et cum nullo ponit dici gloria
maior domus ſcde quia prime niſi ex
pñtia xpi ut predictum qui e ſcus
ſanctorum domicilio ut Et in loco iſto
dabo pacem Vnde nato xpo an-
geli cantauerunt gloria in excelſis alti-
ſſimo et in terra pax hominibus ve
luce ij Reſpondent tamen aliqui he-
brei ad hoc quod iſta maior gloria in
telligitur de ~~glori~~ annis quia iſta
ſcda durauit iiii xx annis pri-
ma iiii c x ſed non computantur
anni per tempora regum ab anno
in quo ſalomon conſumauit domum
dni uſque ad deſtructionem eius per na
bugodonoſor inuenimus anni iiii xxii
et ſic prima domus plus durauit
quam ſcda duobus annis De-
ductionem autem huius omitto propter
prolixitatem Poteſt tamen uideri
diſcurrendo per cronicam et quoniam re-
gum Preterea dato quod ſcda domus plus
durauiſſet quam prima per decem annos
ut iſti dicunt tamen iſta gloria quaſi
nulla eſſet reputanda maxime
quia per plures annos iſta domus
fuit uiliſſicata tempore antiochi qui
poſuit ibi abhominacionem ydoli ut
h. primo machabeorum Et alij ex-
ponunt de templo per meſſiam edifi-
cando ſed patet falſum per hoc quod
dicit hic et implebo domum iſtam
gloria Ex quo patet quod propheta loque-
batur de domo que edificabatur et quam
digito oſtendebat Item per hoc

quod ſubditur Gloria domus nouiſ-
ſime ex quo patet quod non e alia ſcda
contemporalis quod ſubditur materialis
expectanda ex hoc manifeſte condi-
ſimus adventus xpi completus qui
prophetatur Hic uenturus domo illa
ſtante et cum ſua pñtia glorificaturus
iſta autem deſtructa fuit per romanos
iam diu ſcilicet anno xlij paſto paſſionis
xpi Quinteſima hic conſequenter
ponitur propheta conſolacio populi de multi-
plicacione fructuum terre Et diuiditur
in duas partes ~~quia primo quedam pa-~~
~~rabola ponitur Secundo ad propoſitum applicatur~~
quia primo oſtendit multiplicacionem
fructuum Secundo redit ad denunciandum
xpi aduentum ibi et factum e xxiiii
in duas quia primo quedam parabola po-
nitur Secundo ad propoſitum applicatur ibi Et
reſpondit Circa primum ponitur
tempus declaratum cum dicit Quinteſima
et quarta etc Secundo ſubditur parabola
per modum interrogacionis cum dicit
Interroga ſacerdotes legem quod
ex officio tenentur ſcire eam Si
tulerit homo carnem ſanctificatam
et patet littera et ſubditur reſpon-
ſio Dixerunt non Et ſubditur
2a queſtio de oppoſito cum dicitur
Si tetigerit pollutus in anima a-
qui incurrit pollucionem ex tactu
mortui uel alicuius immundi et ſub-
ditur reſponſio contaminabitur
Racio quare panis ex tactu carnis
ſanctificate ſanctificatus per-

tactu suo. Non sanctificat aliud
ad edulium uel potum pertinens et tunc homo
pollutus ex tactu vivi immunde polluit
aliud. Racio est duplex assignata. Vna
sicut facilius est destruere quam construere
ita facilius polluere quam sanctificare.
Alia quia homo magis est susceptiuus
sanctificacionis et pollucionis quam
res inanimata que non est susceptiua
vicii et virtutis. Sicut homo propter
quod homo pollutus modo predicto
magis polluit aliud tactu suo quam
panis sanctificatus ¶ Respondit
hic applicat ad propositum cum dicitur
sic populus iste qui est vicii et virtu-
tis susceptiuus ante faciem meam pollu-
tus reputatur usque quo templum edi-
ficetur et omnia que obtulerunt id est
extra locum templi contaminata erunt
quod statim declarat per effectum cum
dicit Et nunc ponite corda vestra et cetera
id est diligenter considerate tempus pre-
cedens inchoacionem edificacionis templi
cum accederetis ad aceruum scilicet segetum
viginti modiorum que secundum humanam
estimacionem debent facere viginti modi-
os et faciebant tantum decem et
ita de vinis in torculari. Percussi
vos vento urente et cetera per immissas
pestilencias quibus magna pars vasta-
tes uel impeditas terre nascencia
et ista sunt directe contra [illegible]
signa Ponite corda vestra et cetera. Et sub-
dit A die qua iacta sunt funda-
menta templi domini ¶ Circa quod sciendum
quod redeuntes de babilone statim fun-

dauerunt templum ut supra dictum est sed
propter impedimenta aliquando fuit dimissum
usque ad secundum darii anni. Ergo cum dicit
A die qua fundamenta iacta sunt templi
domini. Non est intelligendum de fundamentis
in fossis et primo quando iam iacta
fuerunt. Sed dicit hic fundamenta
illa que super prius edificata primo
posita sunt quia respectu superiorum prius
habent racionem fundamenti. Ponite super
corda vestra id est attendite diligenter terre
nascencium mutacionem. Numquid iam
semen in germine est. Circa quod non per in-
dei sequens fertilitas uel sterilitas
Et idem de fructu arborum est. Ex die
ista id est a die resurrectionis edificii
templi operando in templi muro quod
fuit mense nono in vicesima quarta
die mensis sexti ceperant operari ut
predictum est et hoc maxime quando
Benedicam id est multiplicabo fructus terre
quod dicit hoc erit vobis signum manifes-
tum acceptacionis mee ¶ Et factum
est hic secundo propheta redit ad denun-
ciandum Christi aduentum quod est propositum
principale. quia sicut dicit Ra. Sa.
Omnes prophete non sunt locuti nisi
ad dies messie quod est intelligendum de
principali intencione sicut plenius
dictum fuit [illegible] ¶ Primo
igitur ponitur tempus huius reuelacionis
cum dicit In uicesima et quarta mensis
Secundo replicatur reuelacio cum dicit
loquere ad zorobabel quia de ipso
erat Christus nasciturus secundum carnem

Ego movebo celum pariter et terram ..
exponatur sicut supra et subuersionem so
lium regnorum subiciendo regno roma-
norum et quia hic venit christus ut supra
dictum est Ideo subditur In illo die a-
ptus gratie quia dies dicitur Ro xiii nox
precessit dies autem appropinquavit Assu
mam te zorobabel Ra. Sa exponit
hoc ad litteram de zorobabel et ideo sub
ditur Et ponam te quasi signaculum
hoc dicitur secundum aliquos contra illud
quod de ieconia avo eius dicitur Jeremie
xxii Vivo ego dicit dominus quia si fuerit
ieconias filius ioachim regis iuda
anulus in manu dextera mea inde a-
vellam eum hic accipitur autem signa-
culum pro anulo quia antiquitus sig-
nabantur littere principum anulis suis
ut habetur hester viii Et arguitur sic
Secundum Ra Sa quod fuit sicut ieco-
nias a deo proiectus propter malitiam
eius sic zorobabel nepos eius a deo
acceptus propter sua iustitia Quia
te elegi scilicet ad opus reedificationis
templi Sed hec expositio non vi-
detur conveniens quia illud quod pre-
mittitur Ego te movebo celum pariter
et terram etc ab omnibus doctoribus he-
breis et latinis exponitur de mu-
tatione regnorum longe post tempus zoro-
babel Unde et iste Ra Sa exponit
hoc de finitione regni grecorum
quod per longum tempus fuit post
tempus zorobabel Et ideo quod im-

mediate subditur In die illo dicit dominus
exercituum assumam te zorobabel non
videtur convenienter exponi de ipso in
persona sed de christo ut dictum est qui
designatur hic nomine zorobabel eo
quod descendit ab eo secundum carnem et
in eo fuit figuratus sicut Jeremie xxx
nominatur david ubi dicitur Servient
domino deo suo et david regi suo et si-
militer Osee iii Revertentur filii
israel et querent dominum deum suum et da-
vid regem suum sicut ibidem fuit
plenius declaratum Dicit ergo as-
sumam te zorobabel quia humana natura
christi assumpta fuit a verbo divino in u-
nitate persone filii salathiel Cris-
tus enim secundum carnem dicitur salathiel
filius sicut et david et aliorum in ge-
nealogia eius positorum Servum meum
secundum humanam naturam in qua minor
est patre Et ponam te quasi signa-
culum id est signum federis inter deum et
genus humanum propter quod de christo
Symeon dixit Luc ii Ecce
positus est in ruinam et in re-
surrectionem multorum in israhel
et in signum cui contradicetur scilicet a sa-
cerdotibus et scribis quia elegi te
scilicet ad opus redemptionis humane
dicit dominus exercituum Et vivit in
secula seculorum

explicit aggeus propheta

Incipit zacharias propheta capitulum primum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg